

## **Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CLI. Perusina transactionis. De eadem materia fideicommissi in casu  
delicti, eo scilicet ordinato cum pluribus filiis ad favorem extranei oblig ti  
ad restitueundem eisdem in gratiam restitutis; ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

possent, ponderabam eā, que habemus in questio-  
ne, an sub nomine filiorum veniant nepotes, quo-  
niam ubi etiam juxta unam opinionem, affirmativa  
tenenda sit pro regula, sive juxta alteram constitu-  
endo regulam negativam, ex conjecturis intrare  
posset limitatio, omnia tamen hęc cessant, quando  
ex dispositionis contextu patet ex discretivo modo  
loquendi, quodque testator eos non habuerit pro  
ſygnatim, sed pro discretis ex pluriis deductis in  
precedentibus ad hanc materiam nepotum, alio-  
rumque descendētium venientiam necnē sub no-  
mine filiorum cum similibus.

Et quartō demum magis specialiter, quodque  
magis pro meo iudicio stringere videbatur, ponde-  
rabam quod testator codicilios ordinasset in gra-  
tiam ac favorem filiorum, ut ita remotis vinculat, ac  
fideicommissi oneribus, disponendis libertatem ha-  
beret pro exercitio negotiorum, qua mediante ma-  
jores divitiae comparati solent; Itud verò fideicom-  
missum ordinari solitum in casu delicti & confisca-  
tionis, non continet onus vel gravamen ipsius hære-  
dis, sed potius gratiam ac favorem, quoties pre-  
servit ut in praesenti, substitutus gravatus est bona  
refluere ipsi delinqüenti in gratiam restituto, ex  
iis que occasione agendi de dicto punto compre-  
hensionis legitima sub hoc fideicommisso haben-  
tur dicto disc. 160, sub tit. de Regal. Et consequenter  
estet alia dicere quod inducta ad favorem retor-  
querentur in odiū.

Semper enim hærediti institui intercessit, cīque fa-  
vorabile est, hujusmodi fideicommissum ordinari,  
nedum ob dictam rationem ponderatam allegato  
disc. 160, quod ita ejus intercessit confiscactionem non  
sequi ob spem in casu restitutionis in gratiam, ut se-  
quatur recuperatio que à manib⁹ fisci unquam vel  
raro sequi solet, cum gratiae ac restitutiones frequen-  
tius fieri soleant cum clausula præterquam quodā bo-  
na & iuramento incorporata, & eodem disc. 160, adverti-  
tur; Sed etiam quia ubi neque restituunt sequerentur,  
atque hæres decedet in statu indignationis  
vel servus pœnae, adhuc sine dubio sibi magis grata  
tum ac favorabile est quod ejus bona juxta ordinem  
naturæ transellant ad filios vel fratres, ad quos ipse  
etiam moriente in statu integro verisimiliter ex ejus  
voluntate transiit essent, quam quod transellant  
ad sūcum, qui ita dici potest ejus inimicus.

Et fortius, quia nimium delinqüentium intercessit,  
etiam pro ipsa causa principali concernente ejus vi-  
tam ac libertatem, ut judicibus ac fiscalibus adempta  
sit spes publicationis bonorum, cuius respectu  
(ut quandoque in praxi experimur) rigorofius pro-  
cedi solet, quam procedatur, ubi ita (pes cestet, po-  
tissimum vero ubi vigeat verè damnabilis, ac omnino  
abolendus usus, quod Judices ac Fiscales participant  
de fisci emolumento ex publicatione bonorum re-  
sultante, cum ita induci videatur occasio, licet ac  
publicē committendi fordes, & corruptelam.

Atque hinc rolli dicebam ea quae firmata haben-  
tut supra in Romana restitutione dictio disc. 169, in qui-  
bus scilicet ordinato cum pluribus filiis ad favorem extranei  
obligati ad restituendum eisdem  
in gratiam restitutis; An uno tan-  
tum restituto, huic solam propria  
portionem restitui debeat, vel potius tota  
hæreditas, & sic etiam portiones al-  
liorum filiorum in statu banni & in-  
dignationis Principis continuantur, & decedentium.

Et aliqua de fructibus ab hoc extraneo  
ita substituto in casu delicti, ipsis  
hæredibus reintegratis restituendis,  
quomodo, & à quo tempore.

SVMMĀ.

decisionib⁹. 255 & 258. Ottob. in Romana censu 161  
Martii 1652, coram Cerro & in aliis.

Insistebant quoque iidem scribentes in auctoritate  
Cyriac. controly 356, quam dicebant canoniza-  
tam fuisse per Rotam apud Rojas decis. 290, ad  
probandum quod istud fideicommissum in casu de-  
lictū impedit bonorum libertatem seu libertam dif-  
ponēt di facultatem, quam testator hæredibus in co-  
dicillis expresse competere debere voluit, unde  
proprietate per necessarium antecedens, vel conse-  
quentes dicebant, ita istam substitutionem quoque  
sub dicta revocatione comprehendendi, verum ad-  
versus hoc objectum, dicta que auctoritates, dedu-  
cebant eadem, que circa eas habentur infra in Ro-  
mana seu Comen. locorum montium disc. 152, cum ve-  
re tale assumptum nullam habeat substantiam.

Quia verò non habebatur specialis auctoritas in  
contrarium, hinc proinde stantे hoc maledicto, ac  
damnabili abuso pragmatische, qui adeo inolevit de-  
ferendi sub cœca fide specialibus doctrinis, non di-  
stinguendo, an bene vel male fundata sint, minusque  
ad gravitatem vel qualitatem auctoris, sive, An sint  
ad veritatem vel venales ad pecuniam pro opportu-  
nitate requirentis, ipsiusque scilicet operam  
conducēntis, incredibile est, quam mag-  
nam difficultatem id intulerit, potissimum ob auctor-  
itatē Rotæ, non advertendo, quod incidenter  
solum dicta doctrina Cyriaci referatur, ut d. disc.  
32.

## PERUSINA TRANSACTIONIS

P R O

MARCHIONISSA ĀMILIA DE  
PĀROLIS DE MONTE

C V M

JOANNE BAPTISTA  
DE UBALDIS.

Casus decisus per Rotam pro Ioanne  
Baptista, & pendet.

De eadem materia fideicommissi in  
casu delicti, eo scilicet ordinato cum  
pluribus filiis ad favorem extranei  
obligati ad restituendum eisdem  
in gratiam restitutis; An uno tan-  
tum restituto, huic solam propria  
portionem restitui debeat, vel potius tota  
hæreditas, & sic etiam portiones al-  
liorum filiorum in statu banni & in-  
dignationis Principis continuantur,  
& decedentium.

Et aliqua de fructibus ab hoc extraneo  
ita substituto in casu delicti, ipsis  
hæredibus reintegratis restituendis,  
quomodo, & à quo tempore.

## SUMMARIUM.

- 1 Acti series.
- 2 Resolutiones cause.
- 3 An substitutus duobus hereditibus delinquentibus, uni eorum reintegrato, teneatur refundere totum, vel potius ejus portionem tantum.
- 4 Banitus restitutus in gratiam jure postliminii revertitur in omnibus ad statum pristinum.
- 5 De attendenda magis substantia verisimilis voluntatis, & qualis ista sit circa substitutionem in casu delicti.
- 6 Substitutione in casu delicti est magis in gratiam & favorem gravati.
- 7 Frustrus pendente etiam restitutione, quando pertineant ad substitutionem.
- 8 Regulariter ex quo tempore fructus fideicommissario debeantur.
- 9 Creditores ejus, cui fideicommissum delatum est in ius, non habent ad bona nisi ille prius agnoscat, quia potest non agnoscere.
- 10 De ratione ob quam ad favorem delinquentis restituunt in gratiam illud currant fructus.

## DISC. CLI.

**D**e l.  
ne  
Itan  
o Luca  
ug

Janus Antonius de Parolis, scriptis, hereditibus, Mutio & Cæsare filiis, cum reciprocā inter eos eorumque filios, tam in casu obitus absque filiis, quam etiam delicti unius ex eis, ob quod intrare posset confidatio, in evenum in quem iste casus in utroque continget, cum solita cautela seu formula, substituit in tota hereditate Joannem Baptista de Ubaldis generum, vel ejus praedecessi filios, cum onere restituendi ipsi delinquentibus, quatenus in gratiam restituerentur; Cum autem casus in utroque contingat, unde propterea per filium bona vendita fuerint Clispolis, contra illas judicium instituerunt: in vim dicta substitutionis Petrus & Franciscus dicti Joannis Baptista filii, tam coram A. C. quam in Camera, & in Rota coram Rojas; Et quamvis interim, Mutio defuncto in statu banni, Cæsar in gratiam restitutus fuisset, adhuc tamen de ipsis consenserit, ipsoque in causa existente lis confusa fuit sub nomine dictorum de Ubaldis, quorum favore pro reintegrazione duas prodierunt decisiones inter illas Rojas decisi. 31. & 177. Defunctis autem deinde, tam Francisco quam Cæsare, superstitio ex isto Amiliā unica filia, inter istam adhuc minorem, ac dictum Petrum devenit est ad concordiam, qua mediante Petrus dimisit bona Amilia, qua è converso in iuri expensarunt ab eodem Petro passarum pro dictorum bonorum recuperatione, in se accollavit quosdam census & debita, quæ supponebantur verè peccata ad dictum Mutium, quamvis in eis tanquam principalis, & in solidum ipse Petrus obligatus esset; Cumque isto defuncto Joannes Baptista ejus filius dictam Amiliā cogeret ad extinguendum dicta debita, pro ejus indemnitate, Amilia verò exciperet de nullitate a clausione dictæ transactionis, introducta causa coram A. C. ab isto prodicit sententia dictæ Amilia absolvitoria; Introducta vero causa in Rota coram Albergato, contrarium contra Amiliā resolutum fuit sub die 12. Junii 1665, atque cum unica decisione expedita sententia, hac in secunda instantia confirmata fuit coram Calataui prævia decisione sub die 14. Maii 1668 atque ab hac secunda sententia denuò commissa causa appellacionis in Rota coram Cerro,

eaque proposita, dilata fuit resolutio, & in hanc tu causa reperitur coram Vicecomite fabregat.

Hujusmodi disputationum punctus erat in la-  
sione, quæ pendebat ab eo, an id quod dicta Uni-  
tas erogasse dixerat in expensas pro bonis re-  
tardis, Seu verius, an communodum, quod dicta Uni-  
tas ex dimissione bonorum reportabat, alibi  
reportatura nisi ex ejusdem Ubaldi voluntate  
quivaleret necne oneri per eam aslumpio, qui  
magnam dependentiam haberet portio a quin-  
dam citum tanti facti, ob quas adhuc non bei-  
delicatas, Ego scribens pro dicta Amiliā mo-  
rum judicium pro veritate reformare non pos-  
& consequenter in hoc statu, nec laudare, ne  
negare resolutiones, potius improbabiles, obla-  
stis susteret, eo modo quo ex hac parte, ut infra  
ponedatur.

Quatenus vero pertinet ad ea que juris  
quibus etiam dicta latitio, vel respectiva quo-  
tia in parte pendebat, tres articuli cedebantur:  
putatione, de quibus tamen in dictis decisio-  
nibus non fuit, quamvis scribentes hincidet  
per certarent, dum Rota contenta fuit proce-  
cū generalitate propositionum quæ habent  
materia transactionis, ut sola probabilitas de-  
sufficiat ad eam substaniam & observandam  
tissime vero ubi non agitur de affiendo tem-  
dependentia jure suo venientem, sed ipsam  
transigentem.

Ex dictis autem articulis primus est; Ad  
conditione positi effent vocati ad effundam  
dictam Amiliā absque necessitate haben-  
tia editariam qualitatem patris, dici possunt  
ex persona propria; Et in hoc, refutando  
solam veritatem, credetam probabilitatem de-  
mativam, ob concursum plurium congettura-  
quibus habetur plures in precedentibus  
materiam filiorum in conditione posita  
terram dicit. 73.

Alii vero duo puncti percutientes hanc par-  
larem materiam fideicommissi in casu delicti, cor-  
Primo, an postquam unus ex filiis ex primis  
bus in gratiam restitutus fuit, teneat subdi-  
lli restituere solam ipsum restituti portionem;  
nre autem possit alteram coheredis defun-  
statu banni, & indignatione Principis, vel pos-  
totum restituere teneretur; Et secundo curia  
clus ab eodem substituto interim perceptus, cor-  
post unius restitutionem in gratiam, quamvis  
constaret fideicommissi restitutionem petenti  
se, neque ipsum in morte constitutum esse.

Quoad primum, scribentes in contradictione  
bant, quod cum eum casus substitutionis in utroque  
contingat, suumque effectum soritum esse, sub-  
tutus autem fuisse & gravatus restituere uniusque  
tenus in gratiam redirent, hinc proinde inde-  
clarum remanere, quod Cæsar reintegratus, quia  
linquendo ejus portionem tantum subditus ab-  
tuerat, aliud prætendere non posset, nisi id que-  
dederat, cum reintegratio aliud non sit nullatio  
in statum pristinum, quo attento ipse habe-  
solam portionem propriam, ideoque aliud prae-  
dere non poterat, quia non datur testimoniū  
id quod habebatur.

Contrarium dicebant verius ex duplice funda-  
mento, quamvis non de facili occasione, sicut  
speciales auctoritates ad decisiones ad hoc remi-  
descendentes; Primo scilicet, quod nisi Cedrate  
regratus deliqueret, certum est quod ipse pro-  
substitutus erat alterius fratris & coheredi, tam in casu

delicti, quam in altero mortis absque filiis, quorum uterque contigerat, unde propter ea in ejus concursum dictus ulterior substitutus, subsidiariè in casu delicti utriusque vocatus, concursum absque dubio prætendere non posset, cum dispositio efficiturals non admittens interpretationes ad vulgarem textum in ille aut illi. *de legatis tereti*; Cum igitur idem Cæsar ad eius bannum aliquæ præjudicia plenariæ restituimus effit id operari, ut per quamdam postliminii fictionem haberetur pro semper extante in statu integro, ac si nunquam deliqueret, ex his que ceteris copiosè relatae habentur apud Merlin. *decis. 125.* & *168.* que sunt reperita decis. *449.* & *455.* par. 5. rec. ac dici merentur in materia magistrales cum alius quis in proposito habentur deducti sub tit. *de Regal. disc. 160.* aliis finali, ubi de ista cöficationis ac respectivæ restitutions materia; Et consequenter quod ita neque in portione coheredis dictus ulterior substitutus in concurso pri- mi cohæredis capacis aliquid jus prætendere posset.

Et secundò in præcedentis corroborationem, quod procedendo cum regula satis frequenter in aliis insinuata, atque vere in hac materia primum locum obtinente, ac præcūlis perpetuò habenda, ut substantia veritatis seu verisimilis voluntatis, non autem cortex & figura verborum attendi debet, ex deductis per *Mantic. de conject. lib. 3. tit. num. 9.* *Rota apud Orthob. decis. 254.* *infine & paſim.* nimirum clara erat testatoris voluntas, ut juxta bene regulatum naturæ ordinem, ejus bona potius spearent ad proprios filios, eorumque filios & descendentes, non autem ad dictum substitutum extraneum, quem solum præferre voluit fisco, quatenus contineret, quod nulla ex filiis superfluite prole in statu delicti & incapacitatis illi decederent, interim vero donec viverent, ac spes restitutions duraret, ipsum in eorumdem filiorum gratiam deputare voluerit magis fiduciarium & conservatorem bonorum, que ita præservata remanerent à fisco, unde propter clare constare videbatur hinc substitutionem magis in gratiam, & favorem gravatorum quam substituti ordinaram esse, juxta ea que in proposito comprehensionis legitime sub ista fideicommissi specie habentur dicto disc. *160.* sub tit. *de Regalibus*, ac plures in proxime præcedentibus & sublequentibus insinuator in hac eadem materia fideicommissi in casu delicti, & consequenter dari non poterat causa, ut uno ex filiis restituiri, atque ex eo etiam superfluite prole in conditione per testatorem posita, ita & taliter, quod ut dictum est, probabilius vota censeretur, bona remanere deberent penes di- eum extraneum substitutum, ita solum fiduciarii se substituiri vocatus pro exclusione filii, & non esse.

Atque hinc resultare quoque dicebam resolutio- nem alterius puncti super fructibus, licet enim at- tenta dicta regula inhærendi magis substantia verisimilis voluntatis non improbabiliter dici posset, quod etiam fructus præcepti à substituto pendente banno seu statu incapacitatis restituendi venirent, ex propositione, de qua apud *Fufar. quest. 626.* num. *33.* & *41.* quod ubicumque substitutio, seu resti- tutionis bonorum dilatio adjecta est in gratiam ipsius gravati magis dilecti, quam sit substitutus, qui non esset de aequali descendantibus, ac dilectis, tunc fructus dilatio seu restitutio pendente, magis ad gravatum quam ad substitutum spectare debeant & in specie fructuum saltem extantium habetur

*Cardin. Luca de Fideicom.*

ceteris relatis apud *Farinac.* quest. 6 sub num. *44.* *Odo de restitutio in integr. par. 2.* quest. *99.* art. *14.* num. *129.* Ubi etiam tuper his cadere posset difficultas, atamen ex tempore restitutio in gratiam cœtra ac cessationis impedimenti, casus videbatur in- dubitatur.

Quamvis enim scribentes in concordiam infeste- rent in conclusione, quam hodie forte ubique, præ- sertim vero in Rota & Curia receptam habemus, ut regulariter cessante limitatione resultante à privilegio Ecclesiæ vel piæ cause, vel à pupillari seu minori auctoritate ecclesiæ moram irregularem, fructus per gravatum restituendi non sint, nisi a die interpellationis, seu petitæ restitutio, ob quam in mora sit consti- tutes, non obstante certa scientia purificationis ca- sus fideicommissi, ex ea clara ratione, quod credere potuerit substitutum non esse agnitorum, atque fi- deicommissariam successionem non curare, ex ple- ne deductis per *Fufar. dicta quest. 626.* & per *Rotam in auxiliaria fideicommissi 26.* *Maii 1642.* *coram Duxo- zette,* inter suas decis. *672.* que reputatur in materia magistralis, sapientia in aliis canonizata, & habetur plures int̄a ad hanc materiam pertinentia fru- ctuum, à quo tempore fideicommissario debeantur præsentim discut. *185.* & *186.* Attamen in hac specie dicta conclusio quamvis regulatiter in suo casu vera nullatenus intrabat ex defectu applicationis tam de facto quam de jure, De facto scilicet, quia constabat etiam ex ejusdem Pe ri substituti confessione ni- mium verisimili, Cæsarem illicè restitutum in gratiam se agnoscere dominum suorum bonorum, so- lumque item concorditer fuisse prosequuntur sub nomine substituti, ex eo quod huic, & non illi com- petet intentatum remediu reintegrationis, & con- sequenter casus ex solo facto aliunde etiam justifica- to remanebat extra controversiam.

Ac etiam de iure, qui non versabamur in casu simplicis substituti, cuius vocationis vel successionis delatio tunc sequitur effici, ita ut possit nolle agnoscere, eis que juri magis facultatem pro jure querendo quam formale juri questionum importaret, in quibus terminis dicta conclusio procedit ob spem vel credibilitatem, quod non esset agnitorum; Et ex qua ratione resultat altera conclusio, quam hodie in fo- ro receptam habemus, ut creditores ejus, cui fideicommissaria successio delata est, juri non habeant ad bona sub dicto fideicommissio cadentia, nisi prævia agnoscere, quia potest non agnoscere ad terminos textus in l. qui autem ff. que in fraudem creditorum, ut firmatum fuit per Rotam in Firmiana fideicommissi de Formonis 9. Iunii 1634. coram anzirolo, que in Curia circumstiter magistris plures canonizata, ut in sua materia sub tit. de credito:

Hæc autem in præsenti cadere non poserant, dum hic delinquens ante delictum & bannum, ag- nita jam paterna hereditate natus fuerat bonorum dominium & possessionem, quorum utrumque, ita per superventum impedimentum suspensum era, ac translatum in substitutum magis tanquam fiduciarium, & in ejus gratiam provisionaliter ut supra, & consequenter quod cessato casu provi- sionis, prior dominus ex eadem supra insinuata si- cione postliminii primævum dominium primæ- vamque possessionem jure cuiusdam continuatio- nis realius piserit arque cessante unica ratione, cui innixa est dicta magis recepta opinio excusans gra- vatum à restitutio fructuum ante incursum moræ verae ac regularis, à simili, imo à fortiori intra-

H h ter

rent ea, quæ habemus favore Ecclesie, vel minoris de mora irregulari; Sive magis proxime ea superius insinuata de dilatione ordinata in gratiam & favorem ejus, cui restitutio facienda est, ideoque indubitate remanere videbatur, quod per hunc substitutum fructus saltē à die restitutio in gratiam circa nullatenus prætendi possent, atque ex hoc restabat laesio clara minoris, quod sine causa false pīler aliena debita, ideoque probabiliter dictarum sententiarum infirmatio speranda videtur.

## ROMANA

SEV

COMEN. LOCORVM  
MONTIVM

PRO

## FRATRIBUS DE CICERIS.

*Casus disputatus in Congregatione Montium,  
& pro patentibus resolutus.*

De substitutione hæredibus aliàs liberè institutis facta in solo casu delicti, An importet bonorum hæreditiorum vinculum, ita ut eorum libera dispositionem impedit; Et an facto casu talis institutionis competit substituto jus vindicandi bona ante delictum distracta.

## SVM MARIVM

- 1 Acti series.
- 2 Loca montium quomodo transferantur in faciem hæredum.
- 3 Fideicommissum in casum delicti, quod vinculet bona, & impedit dispositionem.
- 4 Contrarium verius probatur.
- 5 Substitutio in casu delicti non continet odium vel gravamen, sed potius favorem instituti.
- 6 De Rote decisionibus quomodo intelligenda sint.

## DISC. CLII.

**V**INCENTIUS de Ciceris Comensis, institutus Petro Antonio, Alexandro, & Carolo ejus filiis hæredibus liberè, ac absque aliquo fideicommissi onere in casu mortis, solum in casu delicti (cujus ratione intrare posset confiscatio) disposuit, delinquentem ira & taliter quod bona confiscationi subjaceret posset, censeri triduo ante delictum privatum, seu gravatum ad restituendum ipsius delinquentis filii, vel in istorum defectum cohæribus, juxta consuetas cautelas; Cumque defuncto testatore ac adita hæreditate, in ista quamplura reperirent ut loca montium non vacabilium Urbis, quorum peculiaris natura exigit, ut defuncto potestate, hæredes curent illa in eorum faciem seu no-

men transferri, ad effectum, ut ita eorum fructus exigere, atque de ipsis in forte liberè disponere leant; Hinc proinde eorumdem montium Serius cui onus & cura incumbit diligenter impetrat oneribus & vinculis praesertim fideicommissorum, qua per morientes in eorum ultimis videratibus adjiciuntur, ut eadem in ipsis literis præbus hujusmodi novæ translationis adjici possent alias in hæredū gravatorum facultate efficiunt mentem eludere, dictaque loca numeri pro libito irrecuperabiliter distrahere, facilius natura seu privilegio, ut transeant libenter signatarium à quocumque onere vel vinculis suis litteris patentibus non expresso, ut expoundatur in hac materia locorum montium sub iuri galibus volebat dictum onus adjicere; Quod redes, ut dictam Secretarii difficultatem expoundat, atque obtineret libertam translationem, contentur à judge ordinario sententiam declinare super vinculorum non existentia cum maximacretariis directo de liberè transferendo; Ver quia ista mandata exequutionem non habet, ne eis Secretarii obediunt, nisi etiam accedat ordinatio seu, ut dicitur, *Exequatur Thesaurarii Genitio,* & omnium Montium Superintendens securum, atque tibi res non est omnino clara, ita ut aliquid difficultas, non soleat Thesaurarii solerū cernere vel denegare, cum agatur de reparatione reparabili terrii, sed experat votum Congregationis montium, quæ cum illa Baronum ut plurimum soler, ibique formiter disputatur de eum, non existentia vinculi. Hinc proinde remissum negotio ad Congregationem Montium, quæ sumpta formaliter disputacione cum eidem Galibus partes oppositorum loco quorundam interesse habentium assumentibus.

Dubitandi rationem præbent firmi in parte per Cyriac. controv. 346. ubi protestabatur non vidisse hujusmodi questionem ab anno Etatam in ea est sententia, quod fideicommissum sole casu delicti ordinatum, inter dicuntur hæreditariis gravamen, eorumque liberame non modum dispositionem impedit, ita ut fideicommissi casu intreretroactio infectionem præcedenter factam, atque fideicommissario jus competat bona etiam ante delictum alienata vindicare, dictaque auctoritas magna habebat impressionem ob hujus facilius delictum corruptem immorandi in judicando inviduis auctoritatibus, non examinando, an bene fundatè loquantur necne, fortius vero obiectatatem Rotæ in Romana fideicommissi de Ceffelio Maij 1646. coram Rojas inter suas decisiones, præfamat Cyriaci sententiam refert & sequitur.

Pro dictis hæredibus scribens, dicebam quod absque necessitate disperandi punctum in deliberando ac examinandi, an Cyriacus bene vel male loquatur, cessabat in presenti omnis querela ex talibus cuius ut dicebat præceptor meus, una uincula ferre in causis decidendis plus valet, quam centum libri juris; Si quidem testator in casu delicti non prævit simpliciter delinquentem universa hæreditatem, neque eidem simpliciter ac universaliter substitutionem fecit in omnibus bonis, ut erat in causa Cyriacum tractato, sed substitutio erat solum videtur in ea bonorum parte, quæ applicata vel coligenda esset, seu applicari vel obligari posset alicuius officiali &c. & sic erat substitutio particula in illis bonis, quæ tunc extantia, conficiuntur.